

aliud probantibus nec producentibus : & visis & consideratis omnibus & singulis , quæ videnda & consideranda fuerunt & sunt in hac causa ; & visa monitione facta Partibus pro hac die & hora ad hanc nostram sententiam audiendam :

Christi nomine invocato , a quo omne rectum procedit iudicium , sedentes pro tribunali in audientia nostra , quem locum nobis elegimus ad hunc actum , presentibus Partibus , per hanc nostram sententiam , quam ferimus in his scriptis , dicimus , pronunciamus determinamus & statuimus ,

Quod prefatus D. presb. Antonius olim plebanus S. Cassiani , nunc vero S. Martini , dare et solvere debeat eidem S.^r Bonanno Ducatos XX auri pro integra solutione et satisfactione denariorum et expensarum impensarum pro redemptione et recaptu Johannis Michaelis prædicti fratris dicti D. plebani , computatis in dicto recaptu suprascriptis quinquaginta Ducatis , et exceptis utilitatibus eorum , et elemosyna . Et absolvimus dictum Benannum ab omni petitione contra eum facta per dictum D. Plebanum in suprascripto processu , condemnantes ipsum D. plebanum in expensis ec.

Lata , data et pronunciata fuit suprascripta sententia per D. Episcopum suprascriptum in audientia prædicta , die Veneris 5 Marti 1445 , presentibus egregio viro D. Petro Bontremulo Decretorum Doctore , presbytero Nicolao Testa , et Nuntiis Castellanis.

Presente D. presb. Antonio plebano prædicto , et non consentiente , et appellante viva voce , salvo jure appellationis in scriptis ad S. Sedem Gradensem , et petente Apostolos ec.

515) Appar che questa causa fu incoata quand' an-